



**Loca Infesta,|| Hoc est:|| De Infestis,|| Ob Molestantes||  
Daemoniorvm Et Defvncto-||rvm Hominvm Spiritvs,  
Locis,|| Liber Vnvs.||**

**Thyraeus, Petrus**

**Coloniae Agrippinae, 1598**

**VD16 T 1247**

Cap. L. Quæ indicia præcipua Spirituum Dæmonorum eorum, quibus loca  
un infesta?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61332)

Certorum signorum, ex præcedentibus Capitibus  
Collectorum, quæ singulos Spiritus pro-  
dant.

**D**istinximus Spiritus humanos à Spiritibus  
Dæmoniorum: & humanos ab humanis. Ex  
his, qui ex Spiritibus Dæmones sunt: qui hominum  
damnatorum: qui purgandorum hominum, potest  
quicunque colligere: veruntamen non sine la-  
bore atque molestia: qua vi Lectorem subleuemus,  
quæ sparsim dicta sunt, in certa Capita concludimus,  
& singulorum Spirituum proprias quasi Notas at-  
que indicia adscribimus.

CAP. L.

De oclo indicij, quæ magna sunt argumenta infe-  
stantium Spirituum Dæmoniorum.

**D**æmoniorum Spiritus oīo sunt argumenta, quæ singula  
non leue; omnia timul iuncta firmum robur habent. Hæc  
sunt, firma inconditi, soni, oratio, allata mala, obsequia, ioci, loca, & per-  
sonæ, quæ molestantes spiritus sustinent.

**F**orma, siue species, quæ Dæmones prodit, est ab humana  
discrepans, qualiscunq; illa sit; in primis vero brutorum animan-  
tium, atque in nostrorum. Vide Caput 26.

**C**lamores & strepitus inconditi, qui alterum sunt signum, ma-  
gnum videntur pro Dæmonibus argumentum; si barbarum ne-  
scio quid, & peregrinum referant quoniam quemadmodum à ce-  
teris Spiritibus videntur esse alieni, ita magnas ob causas Dæmo-  
niorum proprij. Vide Caput 27.

**O**ratio, si Dæmonium debeat prodere, oportet sit diuinato-  
ria, siue indicativa rerum, quas naturalis hominum cognitio ne-  
quit percipere; siue illæ sint præteritæ, siue futuriæ, siue præsentes.  
Vide Caput 28.

5. *Mala*, si magna sint & grauia, quæ viuentibus per Spiritus affe-  
runtur, arguant ipsorum authores esse Dæmones. Nam & hæc per  
Dæmones possunt afferri; per humanos Spiritus non item: & ut  
per Dæmones, non verò per humanos Spiritus afferantur, omnino  
conuenit. Vide caput 29.
6. *Ex Obsequijs* non uno modo cognoscuntur Dæmones. Dæmo-  
nes sunt, qui Obsequia præstant humanas vires superantia; qui  
nefanda, & leges naturæ violentia: qui ex pacto, quasi necessaria.  
Vide caput 30.
7. *Ioci*, si excitantur, à Dæmonibus excitari admodum est veri-  
simile, non ab humanis Spiritibus. Ex his igitur etiam, tanquam  
Leonem ex vngue, Dæmones deprehenderis. Vide caput 31.
8. *Loca*, quæ Dæmonum sunt indicia, oportet sint deserta, & ab  
hominū consuetudine aliena. Alia, quamvis iisdem Dæmones in-  
ueniantur, quia tamen Dæmonum propria non sunt; Dæmones  
non produnt Et in non-desertis quoq; illa Dæmones arguunt, quæ  
tantum infesta sunt propter homines, impiam & sceleratam vitam  
traducentes. Vide caput 32. & 33.
9. *Ex personis* etiam quibusdam de Dæmonibus sumitur conie-  
ctura; illis scilicet, quæ perdite viuunt. Si has infestari à Spiritibus  
contigerit, admodum est probabile à Dæmoniorum Spiritibus mo-  
lestari. Vide caput 37.

## CAP. LI.

*De quinque signis, quæ produnt Spiritus eos, qui pur-  
gatorio adhuc igne expurgantur.*

1. **D**æmones ex signis octo cognoscimus, quemadmodum  
dictum est: hominum verò purgandorum Spiritus ex  
paucioribus, & fortè minus certis. quibus verò & quali-  
bus? ex forma gemitu, oratione, obsequio, & lo. is.
2. *Forma*, quæ purgandorum Spirituum index est, humana est;  
talis; quæ peregrinum nihil obtineat; nullum horrorem per se  
intuentibus afferat, vel truci vultu, vel atro colore. Vide Ca-  
put 38.
3. *Gemitus & suspiria* oportet nulla sint aut levitate, aut impatiens  
animi significatione permixta; & tristis, atque humilis mentis  
certa indicia. Vide caput 39.
6. *Oratio* etiam hos Spiritus prodit; oratio inquam, quæ peccato  
cerret, & insuper proprij boni cum submissi animi significatio  
est petitoria. Vide caput 40.

*Obsequi*